Verso 06. Hffe r. 6p.

mus quippe ad hunc nominis titulum fide n[07]
biles venisse plerosque ut devotionis obsequium
mors honestaret sed et alios frequenter aspeximus
inter iustos astitisse: ut admissa peccata redimentes
cruore suo loti haberentur in sanguine. et reminiscerent
intercupti: viventes computabantur occisi Mors
quippe integriorem parit vitam: mors amissam
invenit gloriam. Nam hoc spes iam amissa per-
cipitur: hoc salus omissa reparatur Sic cum aren-
tibus extraxit supinis e collibus pluviam iubet
elicere: et scaturientibus rivis arva sitientia
? temperare. quo se in uberes sulcos victa agri ieiunitas
funderet: pluvia imbre mentita seges densior inhorreret.
Quid igitur fratres carissimi potissimum referam:
quidve dicam? Sic in unum convenientibus titulis
dignitatis turbatur animus: deducitur sensus. et
ipso conatu nitentis eloquii impar sermo evanescit.
Quid |